



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XII. De ieiuniis infractis. Ll. Sax. cap. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

amat. Et si faciat vt occidatur pro eo quod contra rectum, & regis imperium stet, si hoc *probetur* iaciat egilde.

X.

Si quis in die dominica negotiationem facere præsumat, perdat ipsum capitale, & 12. oras cum Dacis, & 30. solidos cum Anglis.

XI.

Si liber diebus festis operetur, perdat libertatem suam, vvitam vel lashlite, seruus corium perdat vel hidgildum. Si dominus seruum suum cogat festis diebus operari, reddat idem dominus lashlite cum Dacis, & vvitam cum Anglis.

XII.

Si liber homo rectum ieiunium frangat, reddat vvitam vel lashlite, si seruus hoc faciat, perdat corium suum vel hidgildum.

XIII.

Ordalium & iusiurandum festis diebus & legitimis ieiuniis legibus est interdictum. Et qui hoc fregerit, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis.

XIV.

Si fieri possit nunquam occidatur aliquis in festo dominicæ diei, quidquid peccauerit, sed capiatur & seruetur donec transeat festa dies.

XV.

Si quis forisfactus & de membris disfactus dimittatur, & idem post afflictionem per quatuor noctes viuat, potest ei deinceps per episcopi licentiam subueniri, si quis eius doloribus & animæ condescendat.

XVI.

Si fortilegæ vel incantatrices, periuri & venefici, fœdæ, fœtidæ, vel meretrices alicubi compereant, relegentur de patria, desperent omnia, nisi cessent, & profundius emendent.

XVII.

Si ordinatus vel alienigena seducatur in aliquo de pecunia, vel vita, tunc debet ei adesse rex vel comes illius terræ, & episcopus gentis illius pro cognatione & aduocato, si penitus alium non habeat, & emendet sedulo iuxta modum facti, Christo & regi, sicut docebit, vel il-